AMPLISSIMO AC CELEBERRIMO VIRO

D. SIMONI BRADSTREETO Coloniæ Massachusensis Moderatori Maxime Spectando.

Cæteríque quibus jus et Imperium apud Nov-Anglos mandatur, tum non Reverendis Ecclesiarum Præsbyteris; Omnibus denique ac singulis de ACADEMIA HARVARDINA benè meritis, Literarum literatorumque fautoribus.

THESES Hasce quas sub inspectione D. GUILIELMI BRATTLE Collegii Harvardini SOCII fidelissimi, discutiendas proponunt, Juvenes in Artibus initiati. D. D. D. Q.

Jacobus Allyn
Samuel Moody
Guilielmus Payn
Addington Davenport
Johannes Hayves

Guilielmus Partrigg
Richardus Whittingham
Johannes Emerson
Johannes Sparhawk

Benjamin Marston
Johannes Eveleth
Benjamin Pierpont
Johannes Hancock
Thomas Swan.

THESES TECHNOLOGICÆ.

ARS est variorum præceptorum methodus Bimembris.
2 Artes sunt Radii Divinæ sapientiæ.
3 Ars non existit primariò in actu exercito.
4 Non ens, quatenus non ens, non est materia artis.
5 Genesis et Analysis se invicem dissolvendis opus persolvunt.
6 Ars est generalis aut specialis, respectu usûs non objecti.

THESES LOGICÆ.

LOGICA EST ARS COGITANDI.
2 Per sunt partes Logicæ quot sunt operationes mentis
2 Perceptio, Judicium, et Discursus sunt partes Log
3 Nulli rei assentiam, præbemus aut denegamus quæ per
nostræ examinationi non respondet.
4 Allegatio dubiorum juvat ad scientiam comparandam.
5 Species non nisi ex accidenti res derelinquunt.
SOLA SPECIES PERCIPIMUS QUICQUID PARO
6 Perceptionis nostræ certitudo ab Intellecto pendet.
7 Substantia non incurrunt in sensum.
8 Nulla Species corporea ad plenam Intellectionem re
Species non est in Intellectu.
modi cogitandi.
et Genus, abla
cum re quam ab sunt non faciunt compositum.
Causa non dat quod non habet.
NON DANTUR PLURES CAUSÆ.
14 Efficiens et Causa propriè sunt Synonyma.
15 Materia est Principium (non Causa) ex quo.
16 Forma non causat sed causatur.
17 Finis est tantum modus efficientis.
18 Quale est Subjectum, talia sunt Adjuncta.
19 Quod convenit toti, convenit ejus parti.
20 Similibus similia congruunt.
21 Similia illustrant non probant.
22 Quod unius contrarii capax est, capax est alterius.
23 Sublatâ contradictione tollitur omnis disputatio.
24 A privatione ad habitum in plerisque datur regressus.
25 Quantus et qualis est testis, tantum et tale est testimonium.
26 Ad Propositionem assensus aut dissensus requiritur.
27 Propositiones Contingentes necessariò veræ sunt aut falsæ disjunctivæ.
28 Contingens propositio vera, in falsam mutari nequit.
29 In divisione Generis divisum potest in recto de singulis partibus prædicari.
30 In Divisione Integri divisum non potest de membris nisi in obliquo prædicari
31 In Definitione requiritur Genus Proximum.
32 Ratiocinari est unum ex alio cognito cognoscere.
33 Intellectus non potest non assentiri propositioni clarè et evidenti.
34 Ex attentâ rei alicujus considerations Analysis oritur.
35 In omni methodo à notiori ad minus notum transeundum est.
36 Synthesis à terminis generalioribus ad magis particulares progreditur.

THESES GRAMMATICÆ.

GRammatica est ars loquendi et scribendi.
2 Interjectiones sunt solum sonus inarticulati, ideoque nullam orationis partem constituunt.
3 Omnis ablativus regitur à præpositione expressâ vel suppressâ.
4 Duos accusativos nullum regit verbum, sed unus à præpositione suppressâ gubernatur.
5 Prosodia ordine naturæ Etymologiæ et Syntaxi præponi debet.
6 Semicolon est nota Respirationis paulo majoris quam in commate, sed minoris quam in colo.
7 Participium est nomen, habens à verbo adsignificationem
8 Pronomina sunt nomina.
9 Nomen est quædam Imago, quâ quid noscitur.
10 Casus dicuntur obliqui quia cadunt à Recto.
11 Duo tantum genera novit ratio naturæ, masculinum et femininum.
12 Si adjectiva non essent, nulla essent apud grammaticos verba de genere.
13 Nominativus in Impersonalibus ipsis includitur.
14 Nullius nomen, verbum, aut participium propriè regit Dativum.
15 Omnes literæ Hebraæ sunt in uno verbo, *Isaiæ* 6. 11.
16 Quinque sunt organa pronuntiationis apud Hebræos.

THESES RHETORICÆ.

RHetoricæ subjectum adæquatum est modus ornatè dicendi.
2 Motus rerum affectio est cor tropi.
3 Tropica locutio propriè accepta parit absurditatem.
4 Metaphora est tropus luculentissimus.
5 Figuræ dictionis suaviari potius quam affectui inserviunt.
6 Interrogatio rhetorica differt a Vulgari.

THESES MATHEMATICÆ.

Geometria de continuâ quantitate. Arithmetica de discretâ tractat.
Geodesia est Geometria practica.
inea Geometrica est mensura lineæ Physicæ.
unitas in numero, tale est punctum in linea.
pendicularis est mater et magistra Geometriæ.
a rectâ, ita angulo recto non datur rectior.
gitudines, libella altitudines, norma angulos explorat.
rotundâ omnes radii æquantur.
non sunt numeri.
ta est brevissima.
est omnium Circulorum præstantissimus.
solari terra, non sol, patitur.
tio est multiplex additio. Divisio est multiplex
subtractio.

THESES PHYSICÆ.

SCopus Philosophi est scire rerum naturas.
2 Res naturales ab Artificialibus non distinguuntur.
CREATIO MUNDI EST NATURALITER DEMONSTRABILIS.
QUALITATES AUT MODI EX SE NUNQUAM PEREUNT.
3 Rarefactio fit per materiæ introductionem.
4 Nulla dantur Indivisibilia corpora.
5 Dantur in mundo partes Insensibiles.
6 Corporum diversitas à modificatione partium pendet.
OMNE CORPUS EST POROSUM.
7 Potentia naturalis consistit in partium dispositione.
CORPORA EX SE NEC GRAVITANT NEC LEVITANT.
8 Non datur Spatium sine extensione.
MOTUS ET QUIES SUNT TANTUM RERUM MODI.
9 Nullus est motus in natura Violentus.
10 Corpora tantum habent principium dispositivum ad motum.
11 Non datur Quies in puncto reflectionis.
FRIGORIS NATURA CONSISTIT IN QUIETE.
12 Dura sunt quorum partes quiete junguntur.
13 Fluida quorum exiguæ particulæ sunt in motu.
14 Rara et Densa, à figura et situ originem suam habent.
15 Ablatis poris nulla est inter corpora distinctio.
16 Modus varius esse potest et tamen semper unus manere.
17 Tempus non minus est quietis mensura quam motus.
18 Mundus non est Infinitus sed Indefinitè extensus.
MATERIA NEC GENERATUR NEC CORRUMPITUR.
19 Sol est generalis causa omnium effectuum qui in terra producuntur.
FONTES ET FLUMINA ORTUM SUUM HABENT A MARI.
20 Sonitus Campanarum continuus definit.
21 Animal in Rationale et Irrationale non rectè dividitur.
BRUTA NON VALENT RATIONE. Anglicè
22 Cacchin esus non est homini naturalis.
23 Motus Sanguinis est Mechanicus.
24 Diversitas sensuum à diversitate nervorum pendet.
25 Sonorum varietas à diversitate motus pendet.
26 Anima semper Cogitat.
27 Anima in Infantibus nec major nec minor est quam in Adultis.
28 Animi perturbari potest in operationibus suis ex prava organorum dispositione.
DANTUR VENEFICIA.
29 Veneficia sunt impii hominum cum Dæmonibus fœderis effecta.
30 Idea Dei mentis humanæ est innata.
31 Ingeniorum diversitas à corporis dispositione oritur.
32 Passiones sedem suam primariam in Cerebro habent.
PASSIONES ANIMÆ SUNT SUA NATURA BONÆ.

Ortus Salutaris,
in Comitiis.

Cantabrigiæ Nov-Anglorum. ANNO DOMINI. M.DC.LXXXIX.

1689